



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniae, 1657**

§. 162. Et vt cognouit, quia de Herodis potestate erat, remisit eum ad  
Herodem. v. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

tu iudicabas, ut me tuam prudentiam, haecenus exhibitam faciat imitari, in quaestionibus litigiosis & compositionibus, nempe ad initium rei terminando penetrare, & de hoc bene se informare.

§. 162. Et ut cognovis, quia de Herodis potestate erat, remisit eum ad Herodem. v. 7.

Aliam simul virtutem, cum prudentia dicta, noto hic in Pilato Romano. Nimirum quod Pilatus nolit dilatare fimbrias suas, seu iurisdictionem suam auidè extendere, habebat hominem suo tribunali oblatum in sua dioecesi, poterat eum iudicare ad tribunal suum Caesarium, quod usque Ierosolymam grassatus diceretur Christus. Quid facit Pilatus? cupit eum ab alio potius iudicari; dimittit causam libenter alio quo iure remittere potest, non trahit ad se, quam poterat ad se trahere. Imo remittit ad Herodem Regem, minorem se, & inimicum suum, & differentem religione & sanguine.

Domine miror magis & magis hunc Romanum Iudicem, nec miror iam quod, si tales Romani sunt, Dominus orbis ipsius terrae imperium primo politicum, & postea multo maius Ecclesiasticum, supremum in orbe terrarum, Benedico te Pater caeli & terrae, quia ut tibi placuit, ita fecisti reuera dona magna Romanis dedisti praeter cunctis nationibus adhuc hodie in eis elucent, quando sincero corde aliquis attendit. Non dico quod nemo Romanus sit, quin sit Sanctus. Non dico hoc: sed quot meliores Romanos, cum melioribus aliarum gentium componendo inuenio superare Romanos. Esto quod deteriores Romani forte superent deteriores aliarum gentium personas. Sed quaeramus bonos, omittamus malos,

§. 163. Qui & ipse Hierosolymis erat istis diebus. v. 7.

Hic Herodes Antipas cum esset Iudaeus ex parte matris; nam Pater suus fecerat se circumcidi, ut posset contrahere iam dicta matre sua Iudaea; ideo reputans se Iudaeum, venerat in Hierusalem ad Pascha, cum Christus istuc pati voluit, forte & alij de causis eodem aduenerat, uti solet fieri ad nundinas & panegyros & comitia magna populorum: vel, ut videre posset Iudaicam ex omni natione gentem, quae tum eo conuenerat, diuersos nationum habitus & gestus, & mores, mercimonia variarum Provinciarum perferutari & intelligere, curiositate quadam regali. Sed iste aduentus reuera fuit Herodi infauus; quia ea occasione adhibitus est ad trag-